



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Cap. II. De reparatione Ecclesiarum, earumque conversione in alias, aut etiam in usus profanos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)



4. Resp. denique, causa, citra quam Episcopus novi monasterii ædificandi potestatem facere nequit, debet esse gravis, qualis esse potest moralis necessitas populi, aut magna ejus utilitas ex frequentatione Sacramentorum aliisque mediis spiritualibus ex nova illa religionum inductione certò oritura; si enim tantum intendatur novorum religionum multiplicatio aut major commoditas, populo aliis religionis aut sufficientibus pastoribus jam provisio, illico sine ulteriore aliorum citatione, negandus est petentibus dictus consensus seu licentia Reiffenst. n. 50. Quòd si verò citra causam vel etiam non servatis servandis concedatur dicta licentia ædificandi monasteria, domus, residentias aliaque loca religiosa, pœna vel quasi pœna concedentium & ædificantium dictorum locorum sit nulla cum omnibus conducentibus ad illam, nullumque jus tribuat recipientibus aut extrucentibus illa ibi habitandi & manendi ob decretum irritans contentum in *cis. Bulla Gregor. XI. & Clem. VIII.* quæ etsi quoad hanc irritationem expresserit sola attentata post appellationem à sententia Episcopi, extenditur tamen quoque dicta attentatio ad facta ante appellationem vel nulla facta appellatione, ut cum Passerin. *l. c. n. 71.* Reiffenst. n. 56. prout patere ait ex cit. Bulla Urbani VIII. absolute & indistincte declarantis irritum & inane quidquid contra formam prædictarum constitutionum quovis prætextu vel causa fieri contigerit. Et quidem contra eas agentes Ordinarios locorum posse eosdem expellere & abigere statuit Urban.

VIII. nisi forte religiosi monasterium locumve alium religiosum à se ædificatum vel receptum tam diu possederint, ut præscriptioni sit locus. Reiffenst. n. 58. ubi etiam testatur à Sixto V. (cujus desuper Bullam per extensum legere licet apud Donatum *Tom. 1. r. 1. g. 12.* concessum Fratribus minoribus regularis observantiæ, ut possint loca quæcunque & qualitercunque recepta & acquisita licite & valide retinere, si illa ultra decem annos possederint; quin &, si infra decem annos (adeoque etiam per unum alterumve annum, ut Reiffenst.) possederint quietè, ut amplius desuper molestari nequeant; modò tamen in hoc posteriore casu illa acquisiverint cum licentia Ordinarii. De cætero Episcopo citra causam vel contra præscriptam formam in dictis constitutionibus præterquam quòd peccet mortaliter, utpote in materia violans constitutiones Pontificias graviter obligantes & nulliter agat, nulla alia pœna jure constituta reperitur.

*Quæst. 998. Qualiter præsumantur adhibita solemnitates, causa sufficiens, consensus seu autoritas potentis concedere licentiam ædificandi novas Ecclesias.*

R Esp. videri potest *g. 156. p. 1. mei fori benef.* etsi enim ibi agatur in specie de novorum Ecclesiarum ædificatione, in qua contingat dismembratio antiquæ, applicari tamen etiam ædificationi, in qua ea dismembratio non contingit; quin & ædificationi novorum monasteriorum.

## CAPUT II.

### De reparatione Ecclesiarum, earumque conversione in alias aut etiam in usus profanos.

*Quæst. 999. A quibus & quorum sumptibus reparanda Ecclesia?*

1. R Esp. primò: in reparatione Ecclesiæ vetustate aliove casu collapsæ, aut aliunde ruinosæ & deformatæ quoad reparationem illius, à quo & cujus sumptibus ea facienda, ante omnia attendenda consuetudo loci, ut cum communi Abb. *in c. 1. h. t. n. 3.* Barb. *in c. 1. § 4. h. t.* Pirh. *h. t. n. 14.* aut etiam statuta aut speciales conventiones, quæ ubi sunt, reparatio faciendæ est de ipsis Ecclesiæ redditibus ab eo, qui curam horum habent. Et primò quidem de portione reddituum ad fabricam Ecclesiæ deputata Barb. *de off. § potest. Episc. alleg. 64. n. 1.* Lambertin. *de jurep. L. 3. q. 7. a. 2. n. 2. § 7.* Wiestn. *h. t. n. 42.* juxta *Can. decernimus 10. q. 1. & Can. unic. ibid. q. 3.* Et, si fabrica speciales redditus non habet, de aliis ejus redditibus, etiam qui congruæ rectoris, ubi Ecclesia parochialis est, aliorumve beneficiatorum in aliis Ecclesiis non curatis, sustentationi consuetoque cultui divino in iis peragendo supersunt. Lambert. *l. c. Ricc. in pr. cur. Neapol. p. 14. decis. 293.* Barb. *in c. de his. h. t. n. 3.* Comit. *L. 1. respons. 9. 82. n. 2.* quos citat & sequitur Wiestn. n. 43. item Pirh. *l. c.* juxta quod statuit *c. 1. §*

*c. 4. h. t.* innovante horum textuum dispositionem Tridentino *sess. 21. c. 7. de reform.* dum monet, Episcopos, ut Ecclesias parochiales collapsas refici & restaurari curent ex fructibus & proventibus quibuscunque ad easdem quomodocunque pertinentibus, quales etiam sunt quos Rector cæterique beneficiati intuitu earum percipiunt; quin etiam teneri Rectorem contribuere ad reparationem Ecclesiæ ex iis bonis & redditibus quæ ad decentem sustentationem status alias requiruntur, eò quòd necessitas Ecclesiæ præferenda sit statui parochi & alterius beneficiati, asserit Pirh. *l. c.* citato Barb. *in cit. c. de his. n. 3.* non tamen coguntur concurrere ad reparationem de patrimonialibus suis, etsi hæc sustentationi suæ sint superflua, ut cum Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. de clerico debit. §. 14. n. 11.* Reiffenst. n. 14.

2. Resp. Secundò. quòd si Ecclesia in communi redditus nullos habeat, beneficiati quoque non nisi ad congruam sustentationem sui necessarios, es si quædam superflua habeant, hæc tamen ad reparationem insufficientia sunt, teneri patronos ex fundatione, constructione, donatione tales ad reparationem, saltem concurrentivè; eò quòd non tantum incumbat eis Ecclesiæ à se fundatæ cura exigens ejus conservationem & reparationem: Verum etiam qui percipiunt aliquos illius



illius fructus consistentes in praesentatione clerici ad eam vacantem praecedentia in sede, pro cessionibus, thurificatione, iure petendi ab Ecclesia alimenta, dum vergit ad incopiam, et si de cetero fructus alios consistentes. V.g. in pensione ad reditu annuo, non percipiant ita inquam tenent Bellet. *l.c. n. 10.* Leo *Ibes. for. Eccles. p. 2. c. 16. n. 17.* Reiffent. *l.c. contra Lambert. l.c. n. 20.* Pirh. *n. 10.* (à quo, utpote sententem, male citari Barbof. *in c. de his h. t.* ait Reiffent.) Wiestn. *h. t. n. 45.* negantes patronos ad reparationem teneri, nisi aliquid de bonis Ecclesiae percipiant v.g. annuam pensionem in fundationis limine sibi reservatam, dum nomine fructuum ab eis percipiendorum quò ad hoc à Concil. Trid. intelligi volunt fructus seu proventus temporales, utpote qui soli & non dicta praesentatio; caeteraque emolumenta honoraria ad reparationem conducunt.

3. Resp. tertio. Quod si patroni quoque inopes sunt, demum ad reparandam Ecclesiam parochialem tenebuntur parochiani, qui in illa Ecclesia Sacramenta & divina percipiunt, & in quorum gratiam ea est reparanda, pro ut statuit expressè Trid. *sess. 21. c. 7. de reformat.* cuius verba quibus praedictus Ordo obligationis reparandi Ecclesiam exprimitur ad extensum recitat Reiffent. *n. 25.* Estque huius ordinis ratio, quòd reparatio illa sit opus Ecclesiasticum, ad quod laici solum in subsidium clericorum, dum nimirum illorum congrua sustentatione deducta non sufficiunt, non tenentur, sunt è contra ad fontium, Pontium, viarum, ac huiusmodi operum profanorum constructionem & reparationem tunc demum tenentur clerici post laicos, dum ad haec facultates sufficientes non sunt iuxta *c. 4. § 7. de immunit. Eccl.* ita Wiestn. *h. t. n. 50.* citatus. Guttier. Porro dum ad haec obligantur parochiani, tenentur non solum plebei, sed & alii nobiles & alias exempti; cum reparatio illa Ecclesiae sit opus publicum, concernens communem omnium utilitatem & necessitatem. Riccius *Neapol. decis. p. 2. decis. 45. n. 4.* Barbof. *cit. Alleg. 64. n. 7.* Wiestn. *n. 51.* Arg. *l. 7. c. de SS. Eccles.* Contributiones vero has pro reparatione non per parochianorum capita aut domus pendendas aequaliter nullo facto discrimine inter minus divites & opulentos, inter plebeios & nobiles, sed pro facultatibus singulorum, ita ut plus conferendum ad opulentis quam à tenuioris fortunae, cum ad operis publici constructionem concurrere debeant omnes loci incolae iuxta *l. omnes. c. de operib. public.* docent Leo *l. c. c. 16. num. 75.* Wiestn. *n. 53.* Arg. *l. 6. c. de apoch. publ. juncta Gl. v. inopes & Bartol. ibid. n. 8.* ac denique haec reparatio Ecclesiae parochialis faciendae à parochianis in capite & membris, ita ut non solum ipsius interiora cum parietibus & tecto, sed & sacristia, turris cum campanili & caemiterium tanquam partes accessoriae ut Wiestn. *n. 45.* quin & aedes Rectoris habitationi distinctae reficiantur; cum & ipsae accessoriae sint Eccl. & ad sacerdotum ministeria *can. reuerentim. 16. q. 1.* utpote spectantia ad eorum alimenta, quorum nomine iuxta *l. legatis ff. de aliment. legat. Surdum. de aliu. lit. 4. à q. 1.* Menoch. *l. 4. praesump. 57. n. 27.* & alios venit habitatio non minus quam cibus, potus, vestitus, cum etiam sine illa regulariter vivere nequeat homo, ac ita docent Barbof. *de off. parochie. 13. n. 12.* & *in c. de his n. 5.* Sic declaratum testans à S. Cong. Bellet. *l. c. §. 14. n. 4.* Pirh. *n. 16.* Reiffent. *n. 26.* ad demum etiam, quòd ad calices, casulas, albas, aliaque paramenta Ecclesiastica, sine quibus divina celebrari nequeunt procuranda & reparanda teneantur parochialique beneficiati de superfluis & in eorum defectu parochiani Arg. *c. 1. h. t.* tenent plura. *R. P. Lewr. Jur. Can. Lib. III.*

res apud Barbof. *ibid. n. 2.* Pirh. Reiffent. *LL. cu. un-* de etiam valde male agere parochos Canonicos & beneficiatos, ut Reiffent. *n. 27.* qui etsi abundant redditibus, nihil ad haec contribuere volunt Ecclesiae ad illa procuranda non sufficiente. Unde non raro videre est parochos ex redditibus Ecclesiasticis ditissimos & paramenta luridissima & insuper insufficientia non sine scandalo plebis.

4. Resp. quarto: Quod specialiter spectat ad reparationem Ecclesiarum cathedralium, quae redditus pro fabrica nullos aut insufficientes habent, ad eam solus tenetur Episcopus habens redditus superfluos, praescindendo à consuetudine contraria. Bellet. & Barbof. *LL. cit. Pirh. n. 19.* Reiffent. *n. 28.* Arg. *can. decernimus. 10. q. 2. & can. quatuor. caus. 12. q. 2.* Episcopo vero non habente superflua, Canonici Cathedralis habentes superflua ad dictam reparationem compelli possunt. Arg. *c. fin. de his qua sunt à praeb. & ibi Abb. n. 7.* citatque AA. *LL. cit.* Illis etiam non habentibus superflua aut sufficientia ad illam, clerus alius ad eam cogi potest de superfluis suis, aut Episcopus cum Capitulo suo deputare ad hoc redditus beneficiorum vacantium, ut cum Abb. *in c. 1. h. t. n. 6.* & Barbof. *ibid. n. 5.* Pirh. & Reiffent. *LL. cit.*

Quest. 199. An & qualiter ad reparationem Ecclesiarum teneantur decimatores.

1. Resp. In eo, num possidentes decimas concurrere debeant ad reparationem Ecclesiarum parochialium, intra quarum fines sita sunt praedia, ex quibus percipiuntur, nec ne, negativam, quantum est de jure communi, cum Zoëfio ad hanc Rubric. *n. 5.* tenet Pirh. *h. t. n. 18.* eò quòd id onus nullibi decimarum possessoribus reperitur. Tum etiam, quia postquam decimae legitime abstractae ab Ecclesia parochiali, ad quam alias de jure pertinebant, ad Ecclesiam aliam extraneam vel monasterium aliunde locum vel usum pium transferunt, inter Ecclesiae prioris functus recenseriamplius non possunt, adeoque vere dici possit, decimatores illos ex proventus dictae Ecclesiae parochialis nihil percipere, & vel sic ad ejus reparationem non teneri. Et haec praesertim, si decimae tales ad laicos possessores transfissent, utpote à quibus possessae decimae ab omni onere eximuntur, ut Zypens ad rub. *de parochiis consultat. 4. n. 2.* & eo teste alii plerique DD. eò quòd illae tanquam bona patrimonialia eadem immunitate fruuntur, ut Molinæus *de consuetud. pariens. in pr. n. 10. §. 68. n. 24.* citatus pro hoc à Wiestn. *h. t. n. 46.* ita ut etiam dictorum laicorum successores clerici, Ecclesiae, altaria, monasteria, capitula, ad quae pro religiosorum sustentatione, anniversariis missarum celebrationibus, iisdem laicis fundatoribus, transferunt, ab Ecclesia parochialis reparatione ratione decimarum faciendae eximantur, ut cum Zypæo *l. c. n. 3.* Wiestn. *l. c.* quamvis tamen in locis, in quibus viget contraria consuetudo nimirum contribuenti ratione decimarum percipiendarum ex aliena parochia ad huius reparationem, ea consuetudo servanda, ut Pirh. *l. c. in fine.* Veruntamen etiam praescindendo à consuetudine contraria, oppositum tenent Peckius *de reparat. Eccl. c. 14.* Guttier. *qq. practicar. l. 1. c. 17. n. 4.* Laym. *l. 4. vr. 3. c. 13. n. 10.* quibus adhæret Wiestn. *h. t. n. 47.* qui deficientibus Rectoribus aliisque beneficiatis ad illam reparationem obligant decimatores. eò quòd *c. de his §. c. 7. seq.* reficienda dicatur Ecclesia de ejus bonis, & compellendos ad id eos, qui fructus



aliquos percipiunt ab Ecclesia provenientes; quales adhuc sunt decimæ, utpote quæ vi primæ institutionis & de jure communi spectabant ad illam, à qua decerpæ, quin & institutæ, ut perpetuò & stabiliter prospectum esset earum Rectoribus de sustentatione & Ecclesiis ipsis de necessariis ad earum conservationem; ideoque ad quoscunque possessores cum dicto onere eaque conditione transeunt ad eorum sustentationem & earum reparationem, si aliunde deficerent, impendantur, salva tamen semper & non imminutâ sustentatione religiosorum vel cultus divini, ad quæ à decimatoribus destinatæ, ut notat Wiestn. n. 48, uti & n. 49. ex Zypæo *cit. consult.* 4. observat, ex decimis intra Ecclesiæ parochialis fines provenientibus eas in primis impendendas in reparationem illius & parochorum sustentationem, quæ ex novalibus proveniunt; eò quòd illæ magis propriæ sint parochorum juxta *cap. 13. de decimis*. Dein ex aliis decimis, quæ ultimo loco avulsæ sunt ab Ecclesia, ac demum ex eis, quæ sunt in manibus laicorum, utpote quæ tantum sunt subsidiaria, & alias immunes ab hoc onere.

*Quæst. 1000. An & qualiter Ecclesia simplex in parochialem & contra: Item secularis in regularem & contra mutari possit.*

1. Resp. Ad primum: potest autoritate Episcopi Ecclesia simplex mutari in curatam seu parochialem ob augmentum cultus divini aliamve legitimam causam. Corrad. *de benef. l. 3. c. 3. n. 12.* Azor. *p. 2. l. 5. c. 29. q. 25. & c. 30. n. 3.* Garc. *de benef. p. 12. c. 5. n. 3.* Barbof. *de potest. Episcop. alleg. 68. per totam.* Non obstante declarat. s. congr. dum ait: beneficia simplicia in curata converti non possunt ab ordinario, quia subintelliguntur: cessante causa & necessitate. Et contra verò Ecclesia Curata in simplicem converti non potest per Episcopum, ut expressè cavetur per Trid. *sess. 25. c. 16.* (bene tamen per Pontificem, præsertim, ut Corrad. *l. c. n. 14.*) ita ut conversio facta per Episcopum sit omnino nulla etiam, si conversio fiat solum in parte aliqua fructuum parochialis. Item, ut nequidem dismembrare possit beneficium curatum, & unire beneficio simplici, etiam ex parte minore fructuum parochialis constituendo beneficium simplex, pro ut hæc constant ex variis s. cong. constitutionibus, quas videre est apud Corrad. *l. c. n. 3.* & Garc. *l. c. c. 2. n. 87.*

2. Resp. Ad secundum: potest Ecclesia secularis collegiata mutari in collegiatam regularem auctoritate Episcopi, pro ut constat ex *c. ad audientiam h. t.* (non tamen inferiores clerici sine consensu Episcopi statû suæ Ecclesiæ mutare possunt etiam in meliorem) ita tamen, ut Canonici seu Clerici seculares facta ista mutatione teneantur in illa Ecclesia mutata permanere. Sed si possint alibi habitare debeant ac illis præberi alimenta necessaria, dum vivunt, Pirh. *h. t. n. 22.* pro ut sumitur ex *cit. c. ad audientiam*. in quo etsi rogatus Pontifex pro danda ad talem mutationem licentia eam concesserit sub hac conditione; si etiam Episcopus diæcesanus consenserit, videtur tamen licentia illa pontificia non esse absolute necessaria. Non tamen omnino inutilis, quia ad multa servit dum præcessit consensum diæcesani ac primo quidem, ut Episcopus citius inducatur ad

consentiendum, & si consentire nollet, possit ad id compelli. Secundò, ut Episcopus id facere possit etiam invitis clericis istius Ecclesiæ secularis commutandæ, quod aliàs non posset, nisi ex causa justa & necessaria, & non mere arbitraria; & non nisi mutatio hæc primum post mortem illorum clericorum secularium effectum haberet. Tertiò quòd, qui impetravit illam licentiam à pontifice (qui in *cit. c.* erat quidam Canonicus illius inde assumptus ad Episcopatum alium) converteute illam possit in regularem tanquam principalis auctor cum consensu tamen Episcopi diæcesani, dum id aliàs spectaret ad Episcopum loci. Ac denique, ut id facere possit sine consensu Capituli, qui alias ad hoc requiritur. Ita cum *Glof. in cit. c. v. indulgentiam & Abb. n. 6.* Pirh. *l. c.* E contra verò Ecclesia collegiata regularis converti nequit in collegiatam secularem, nisi in defectum regularium juxta *c. 15. derelig. domibus & de auctoritate Pape.* Abb. in *cit. c. audientiam n. 2.* Sylv. *V. Ecclesia 2. q. 5. dicto 2.* Azor. *p. 2. l. 9. c. 3. q. 11. §. prætere.* Pirh. *l. c.*

*Quæst. 1001. An & qualiter Ecclesia destrui, & converti possit in usum profanos?*

Resp. Ecclesiæ præcipuè consecrata manentes integra in usu profanos & seculares seu secularium personarum converti non possunt; cum quod semel Deo dicatum est, ad ulus humanos non sit transferendum, juxta *c. 5. 1. de reg. jur. in 6.* & *Glof. ibi v. humanos.* Atque ita etiam Ecclesia convertenda non est in propugnaculum sui munitionem contra hostem excepto casu necessitatis in bello defensivo. Sylv. *V. immunitas 1. q. 1. n. 17.* Suar. *Tom. 1. de relig. tr. 2. l. 3. c. 4. n. 17.* Delb. *de immunit. Eccles. c. 2. du. 3. f. 2. n. 8.* Sed neque destrui nisi auctoritate superioris seu Episcopi ex justa causa. Et si destruantur ligna & lapides (idem est de aliis materialibus) quamvis ad aliam Ecclesiam aut etiam monasterium construendum, vel ad comburendum in coquina religiosorum applicari possint, non tamen ad privatos laicorum usus. *c. ligna. dist. 1. de consecrat. juncta Gl. v. profectum. c. ad hac de religiof. domib.* Sylv. *v. Ecclesia. 2. q. 3. dicto 1.* Azor. *l. c. q. 12.* Pirh. *h. t. n. 24.* Statuit nihilominus Trid. *sess. 21. c. 7.* in fine, ut Ecclesiæ vetustate vel aliàs collapsæ, dum nimia egestate laborant, ad matrices Ecclesias vicinas transferantur cum facultate tam Ecclesias parochiales, quam alias in usus profanos non fordidos (quod ipsum arbitrio Ordinarii juxta Declarat. S. Congr. relinquendum) convertendi, erectâ tantum ibi cruce. Porrò si Ecclesia auctoritate superioris destruat in penam clericorum delinquentium, vel ob aliam causam justam sine spe reedificationis, amittuntur omnia privilegia loco sacro concessa *l. si usus fructus. 21. ff. quib. mod. usus fr. amittat.* Azor. *l. c. q. 13.* Sanch. *de matrim. l. 9. d. 15. n. 37.* Pirh. *n. 25.* Si verò destruat ab hostibus, vel ut reparetur, retinet omnia sua privilegia. Idemque est, si auctoritate superioris transferatur ad alium locum sub eodem titulo & patrono uniatur alteri Ecclesiæ; quin & indulgentiæ ei concessæ unâ transeunt. Ita Pirh. *cit. n. 25.* cum Suar. *l. 8. de LL. c. 5. in fine.* Azor. *l. c.* Laym. *l. 5. tr. 7. c. 3. n. 5.* à se citatis,

